potest, quia nihil ad præsentem cām referret, rū quia nunc non agimus de tali ente, nec de cōmunitate quam hēr vt tale est, sed de ente vt sic, & cōitate eius: tum etiam, quia id non satis est ad impediendam vniuocationem: nam eodem modo dicere possumus, aliquid includere animal essentialiter in homine q̄ in equo, rōne cuius equus non adæquat perfectionem aīalis prout in homine, considerando. s. vtrunq; vt tale animal est & non præcise sub ratione animalis. Si verò est sermo de Deo & creatura vt ens ē præcise, sic falsū est aliquid essentialiter includi in rōne vnius, & non alterius, quia hoc ipso q̄ aliquid huiusmodi includatur, iam nō considerātur præcise vt entia sunt, sed vt talia sunt. Vel certè, si, et vt entia sunt, habent illam distinctionem & varietatē, impossibile est vt vnum habeant obiectiuum conceptū.

A simpliciter quia in se aliquid est & non oīnō nihil, imò vt infra dicemus prius intelligi pōt tale nomen impositum enti creato, quā increato. Deniq; omnis vera analogia, pportionalitatis includit aliquid metaphoræ & improprietatis, sicut ridere dicitur de prato per translationē metaphoricā, at verò ī hac analogia entis nulla est, metaphora aut improprietas, nam creatura verè, propriè ac simpliciter est ens: non est ergo hæc analogia proportionalitatis vel solius, vel simul cum analogia attributionis: restat ergo vt si est aliqua analogia, illa sit alicuius attributionis: atq; ita tandē docuit D. Tho. 1. p. q. 13. art. 5. & 6. cont. Gent. c. 34. q. 7. de potent. art. 7. & in 1. Sententiarum, in Prolog. q. 1. ar. 2. ad 2.

D. Thom.

2. *Qualis analogia hic possit interuenire.*

VT ergo huius partis veritas, & prædictarum rationum probabilitas, quam magnam esse existimo, melius intelligatur, incipiendum censeo ab altera parte, affirmapte ens esse analogū Deo & creaturis: quanuis. n. si neq; æquiuocum est, neq; vniuocum, à sufficienti partium enumeratione sequatur fore analogū, nihilominus hoc directe ostēdere ac declarare oportet, vt inde melius constet altera pars negans esse vniuocū. Ad hoc aūt probandū, inquirendum est genus analogiæ, quod hic habere possit locum. Quidā itaque opinantur hic intercedere analogiā proportionalitatis. Ita sentit D. Tho. q. 2. de verit. art. 11. vbi ēt illam solam admittere videtur, & omnem analogiam attributionis excludere à prædicta diuisione, quod sentit etiā Caiet. opusc. de ent. & essent. q. 3. Alii verò docēt quidem hic interuenire analogiam proportionalitatis, non tamen solam, sed simul cum analogia attributionis: Ita significat Ferrar. 1. cont. Gent. ca. 34. & clarius Fonseca 4. Metaph. c. 4. q. 1. sect. 7. Fundamentum esse pōt, quia inter Deum & creaturam in ratione entis intercedit vera quædam proportio duarum habitudinum, nam, sicut Deus comparatur ad suum esse, ita suo modo creatura ad suum. Sed aduertendum censeo non omnem proportionalitatē sufficere ad constituēdam analogiam proportionalitatis, nā hæc proportio habitudinum inter res vniuocas, vel omnino similes inueniri potest, nam, sicut se habet quatuor ad duo, ita octo ad quatuor, & sicut hō cōparatur ad suos sensus, vel ad principium sentiendi, ita equus ad suos, & tñ illa proportio non constituit analogiam, neq; aliquod genus nominis cōmunis, nam nomen vniuocū aut malis vel duplī, non sumitur ex illa cōparatione, sed ex vnitate rōnis in singulis mēbris inuentæ.

Caiet.

Ferrar. Fonseca.

B certū, hanc attributionem non posse esse Dei ad creaturā, sed è conuerso creaturæ ad Deum, quia non pendet Deus à creatura, sed creatura à Deo, neq; ens dicitur principalius de creatura, quā de Deo, sed è conuerso. In quo est præ oculis habendū quod D. Tho. sæpe notauit, tam hoc nomen, quā cætera, quæ de Deo & creaturis propriè dicuntur, licēt quoad nos prius significauerint creaturas, seu ad illas significandas imposita fuerint, quoad rē verò significatā primò ac principalius Deo conuenire. Homines. n. naturæ lumine qhilosophantes prius cognouerunt esse creaturārū, aut sapiētiā & alias similes perfectiones, & ideò eas prius nominarunt. Vnde, si mentē seu intentionē eorū spectemus qui hæc nomina ad significandū imposuerūt, prius hæc noīa significarunt has perfectiones in creaturis, in quia ipsa noīa ex vi suæ absolutæ impositionis non includunt in sua significatione imperfectiones creatas, ideo ex vi ipsārū rerum significatarum prius & principalius significant easdē perfectiones in Deo existētes, quia hmōi perfectiones creaturarum, significatæ per has voces, ab ea perfectione manāt quæ propriissimè & perfectissimè est in Deo.

Ac similiter nō distinguenda est absoluta & cōmunis significatio à modo significandi, nā, quia nos loquimur sicut concipimus, & simplicia cōcipimus ad modū cōpositorum, ideò ita ēt eā nominamus, & hōc modo distinguimus concretū nomen ab abstracto, q̄, propriè loquendo, quoad hunc modum significandi in Deo locum non habent, & sic interdū dicimus, Deum potius esse ipsum esse, quàm ens, quia ens concretū est, & significat habēs esse, ac si aliquo mō distinguatur à habens ab ipso esse, & per quandam illius participationē sit ens. Et quoad hunc modum significatio, seu denominatio entis proprius cōuenit creaturæ, quā Deo. Adeo vt in hoc rigore loquentes interdū sapientes dicant, Deum non esse ens, sed supra ens, vt egregiè declarauit Picus Mirād. opusc. de Ente & vno, c. 3. & 4. ex nōnullis Platonicis, & Dionys. c. 5. de diuin. nomin. & c. etiam 5. de Mystica Theolog. Quem ex parte imitantur August. lib. 5. de Trin. c. 10. in fin. Basil. lib. 5. cont. Eunom.

XII. Deus & creatura non dicunt analogiā attributionis ad vnū tertium

C tes, quia hmōi perfectiones creaturarum, significatæ per has voces, ab ea perfectione manāt quæ propriissimè & perfectissimè est in Deo.

XIII. Deum Platonici qualiter dicat nō ens, sed supra ens.

Mirand. Dionys. August.

XI. Analogia proportionalitatis propria nō est inter Deū & creaturas.

Ad hanc ergo analogiam necesse est vt vnum membrum sit absolutè tale per suā formā, aliud verò non absolutè, sed vt substat tali proportioni vel cōparationi ad aliud. At verò in præsenti hoc non intercedit, siue rē ipsam, siue nominis impositionem consideremus. Creatura. n. est ens rōne sui esse absolutè & sine tali proportionalitate cōsiderati, quia nimirum per illud est extra nihil, & aliquid actualitatis habet, nomen etiam entis nō ideò est impositum creaturæ, quia seruat illā proportionem seu proportionalitatem ad Deū, sed